



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

21. Maji. Miraculum sanè fuerit maximum, si desit Deus sua ope iis, qui
sua ejus amore reliquerunt. S. Ign. apud Bart. l. 4. f. 345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

dagine cæcè impleas, urget obedientia, sed
ut in circumstantiis ab ea nec imperatio
nec prævisis tibi noxius, proximo gravi-
sis, illa non jubet, sed tua indiscretio.

Imprudentiâ grande malum! ubique
cum bruchis impingit. Ejus emendatio
vel omnino sine spe, vel carò nimis, id est
multis emenda erroribus.

Discretio ubique, in via virtutis tam
maximè necessaria, quantò res intenta pe-
tiosior, tantò damna sequi possunt gravi-
ra. Quod corpus absque oculo, hoc opus
est absque prudentia.

21. Maji.

*Miraculum sanè fuerit maximum, si deus
sua ope iis, qui sua ejus amore re-
querunt. S. Ign. apud Bart. l. 4. f. 341.*

Qui electione, non turpi necessitate
pauper est, non egebit. Fertilis ager
Dei manus est, quidquid in eam reponitur
fructum reddet centuplum.

Plus dat voluntaria paupertas, quam
fortuna prodigalitas dare, imò quam
avaritia nostra desiderare possit: dat enim
nihil appetere; quò habitò, plus possidet
quam haberi possit.

Aliud est beatum, aliud divitem esse ;
felix est, qui nihil cupit : qui multa habet
dives est , & fortunatus. Majus autem
quid felicitas est, quàm fortuna. Deus fe-
lix est, non tamen fortunatus , sed felix
non tam ideo, quòd habeat omnia, quam
quòd nihil cupiat. Vide quam Divina res
paupertas sit?

Quidquid natura deberet, aut fortuna
dare posset, utrumque superat paupertas ;
utrâque ditior ; plus quippe illis, quàm
huic deest.

22. Maji.

*In eum dives gradum enitatur, ut possessor
sit eorum, quæ possidet, nec ab iis possideri
se sinat. S. Ignat. apud Nolarci c. ult.*

Iritis votis fatigantur mortales! conse-
qui opum dominium non valent : ab
ipsis possidentur rebus ; hæ dominantur,
voce vulgi, dominis ita subsunt, qui præ-
esse debuissent.

Quisquis amat, servit; quantò plùs
amantur opes, tantò gravior eorum servi-
tus. Ita qui heri futuri erant, mancipia fi-
unt. Parum interest, ferreis, an aureis cate-
nis vinciaris, si libertas amissa est.